

Sed tantum fidelis relatoris officio hic fungor; dixerunt, inquam, his verbis: *Inconsulito Episcopo suo ab Apostolico penitentiam & absolutionem nemini accipere licet.* Nondum illis temporibus usus inoleverat, quo subditi Episcoporum iurisdictioni certi casus, cum censoris, soli Apostolicam sedi reservarentur; sed cum ejusmodi reservationes, si sint moderate, neque in excessu vergant, possint rationales esse ac justae, non est iusta deinceps expostulandi causa, si modum non excedant.

CONCILIO BITURICENSE

Anni 1031.

Sub Romano Pontifice Joanne XVIII. qui perpetram vigesimalis eius nominis nuncupari solet, regnante in Gallia Henrico I. Roberto primogenito, anno reparate humanae salutis 1031. apud Biturigas convenere eum Aimone Metropolitanus suffraganei Episcopi, multaque ad stabilendam disciplinam decreverunt.

2. Can. I. *In primis, ut per omnes suarum diaecsum Ecclesias sancti Martialis Doctoris Aquitanianomen & memoria, non inter Confessores, sicut negligenter a nonnullis fieri solitum erat, sed inter Apostolos proponatur, sicut a Romana fede, & a pluribus antiquis Patribus secundum veritatem Spiritus sancti definitum est.*

Eadem faciebat habitum post quindecim ab isto Concilio annos Lemovicense, cui praefedit idem qui & huic praecepsuit Bituricensi Aimō Biturigum Archiepiscopū, tamen interfuerunt comprovinciales Antistites. Quod vero de Romana Sedis definitione Canon iste commemorat, referendum est ad Summi Pontificis Joannis XVIII. predicti episcopam de afferendo Apostolatus nomine Sancto Martiali, ad Jordanum Lemovicensem, ceteroque Galliarum Episcopos. Jordanus ille Lemovicensis confedit in Lemovicensi Concilio, in quo de deferendo Martiali Apostoli titulo decretum fuit. Illa porro Joannis Papa epistola hæc, que sequuntur, commemorat: *Beatisim quidem Martialis, sicut in gestis eius reperimus, docente Christo in mundo, & praepaciente, a Petro Apostolorum Principe baptizatus est; & tanto sancti Spiritus igne inflammatus, ut ex eo derelictis parentibus soli filio Dei adsereret, & hunc Magistrum & Dominum, Petro Apostolo conformatum, cuius sanguine cretus erat, desideraret: quod, & factum est.*

Nam in resuscitatione Lazari prefens aderat, in Cœnia interfuit; in lavatione pedum ministravit; post Passionem vero, quando putabant se spiritum videre, palpare manus & latus Thomam vident; quando Apostolus dictum est: *Euntes docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Fili, & Spiritus sancti, &c. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, audivit;* Acedentes in calum vident; *Spiritus sanctum in linguis igneis descendenter & vidit & accipit, omnibusque linguis est usus.* Deinde Principi Apostolorum adhaesit upore carne propinquus, & Baptismate filius, a quo, præcipiente Christo, ad predicandum Provincias Galliarum est destinatus, ubi infinitum populum a cultu idolorum removens Christo sua doctrina dedicavit, quam piam sanctamque tam gravitate & pietate morum, quam resuscitatione mortuorum, curatione claudorum, eorum illuminatione, & omnium mirabilium perpetratio confirmabat. Suam deinde epistola his verbis concludit: *Ut autem reverentia & celebritas tam Apolusti in toto terrarum Orbe excelsus recolatur, adscitum & dedicatum est a nobis in eius honorum pacherrimum altare in Basilica Sancti Petri Apostoli Roma ad meridianam templi partem. 4 Idus Maii, ubi quotidie ipsius Sancti memoria devotissima veneratur, & præcipe in die natalium eius, quod est pridie Calendas Julias quotannis dadius recolitur. Vide paulo inferius Concilium Lemovicense.*

Can. II. Item quia Corpus Domini per Ecclesias Parcianas dicebatur nimia veruſtate neglectum, statuerunt Episcopi in eodem Concilio, ut Corpus Domini non plus servetur quam a Dominica in alteram.

4. Can. III. Item ut Episcopi de sacris Ordinibus munus non accipiant, nec aliquis eorum, neque aliquis de subiectis eorum, sicut pro scribendis nominibus Ordinandum solebant scriptores premit accipere.

De Simonia in collatione Ordinum aut Officiorum

Ecclesie, videndum can. 2. Synodi Chalcedonensis. Prospicit quoque Concilium Tridentinum tam circa Episcopos Ordinatores, Beneficiorum etiam Collatores, Patronos & eorum ministros, ne qua simonia labi aspergantur, sess. 23. cap. 1 de reform. & sess. 24. capit. 14. de refor.

Can. IV. Ut Archidiaconatum nullus habeat nisi Diaconus officiatur.

2. Can. VI. Ut Episcopi nullum amplius ad Subdiaconatum gradum ordinent, nisi in presentia Episcopi ante altare sedentis Deo promittat, nunquam se habitorum uxorem, neque concubinam, & si tunc eam habuerit, mox ei abrenunciet, quod lingua Francorum equerire dicimus.

Observa, vetus Francicum verbum equerire, sive uenire, eandem habuisse significacionem cum voce pragmatica usitata deguerire, hoc est cedere, renunciare, abdicare, derelinquere, tradere, in alium transferre: sic Aimoinus lib. 5. cap. 47. *Fulcrus Vastinense sicut promiserat, Regi euerterit, id est tradidit.* Renatus Clapinus lib. 2. de consuetudinibus Andegavensis profert vetustum instrumentum ex Tabulario Suevionum Ecclesie, in quo ter repetita vox euertere, nihil aliud quam a se alienare, atque renunciare significat. Theodulphus etiam eodem significatu *Saxones (ait) alodem manibus guerpiant, id est dimiserunt.* Vetus quoque Summa ruralis, hereditatem dicte venditam & euerptam. Vetus præterea Flandrense Chronicon dicit cap. 98. *guerpir l'omme du Roy, pro refutare feudum Régium; guerpir la Ville, pro urbe cedere; guerpir la bataille, pro ex aie fugere, cap. 89. & 98. & in quibusdam Picardie consuetudinibus, vidua dicit la guerpir, id est derelicta.* Fulbertus pariter, qui ante istud, quod expominus Concilium, vita excessus, sic sit epist. 34. *Petit licentiam inueniendi conjugii novi, dicens, uxorem se guerpir, suamque pecuniam recipere.* Chronicon denique Sancti Dionysii refert, Dagobertum Reginam Demetrianam guerpirisse, eo quod esset iterilis, hoc est, divorciatum cum ea fecisse. Jam vero ex usu foreni verbum idem contraria induit significacionem pro sumere, aut inire possessionem.

Can. VII. Ut Archidiaconi, Abbates, Prepositi, Capischioli, Canonici, Ostiarii & omnes, qui ministerium intra Sanctam Ecclesiam trahant, tonjuram Ecclesiam habeam; hoc est, barbam rasam, & coronam in capite.

Vide superius can. 40. Concilii Toletani quarti cum ibi notatis. Vide can. 44. Concilii Carthaginensis quarti; & can. 20. Concilii Agathensis.

5. Can. VIII. Ut filii Presbyterorum sive Subdiaconorum in Sacerdotio, vel Diaconatu, vel Subdiaconatu natu, modo ulterius ad Clericatum suscipiantur; quia tales & omnes alii, qui non de legitimo conjugio sunt natu, femen maledictum in Scripturis Divinis appellantur, nec apud secularies leges hereditari posunt, neque in testamentum suscipi; & qui de talibus Clerici nunc sunt, sceros Ordines non accipiunt, sed in quoque gradu nunc sunt, in eo tantum permaneant, & ultra non promoveantur.

Hæc est irregularitas ex defectu natalium, cuius plenior hauienda notio ex c. 1. de filiis Presb. *Ut filii (inquit) Presbyterorum, & ceteri ex fornicatione nati ad Iacros Ordines non promoveantur, nisi aut Monachi siant, vel in Congregatione Canonica regulariter viventes; & prelationem vero nullatenus habeant: sed neque servi, nisi a dominis suis libertate donentur.* Vide etiam cap. ult. sub eod. tit. de fil. Presb.

Can. IX. Similiter nullus servorum, vel collibertorum amodo Clericus fiat, nisi prius libertatem de Dominis suis habuerit sub idoneis testibus.

Huc spectat similis prohibito canonis Apostolorum 81. in quo mentio etiam fit Onesimi, qui servus fuerat Philemonis illius, ad quem Apostolus Paulus ultimam scripturam epistolam: postquam enim a Philemone Onesimus manumissus ac libertate donatus fuit, ad Ecclesiasticos Ordines promotus est: quinetiam creatus, post Timothei martyrium, secundus ab illo Ephesiorum Episcopus, ut liquet ex Ignatii epist. 14. ad Ephesios scripta, in qua Onesimus dicit Ephesiorum Episcopum. Similia servis non ordinantis, nisi postquam a dominis suis sponte manumissi fuerint, decernit Gelasius Papa I. epist. 9. ad Episcopos Lucaniae, cap. 14. His suffragantur cap. 1. & cap. nulli, & cap. qui ex familiis, & cap. quicun-

Concilium Bituricense, & Lemovicense.

267

quicunque, dist. 54. Item cap. 1. in fin. de fil. presbyt. & totus titul. de servis non ordin. & Concilium insuper Francofondiense sub Carolo Magno cap. 23. his verbis, *De servis alienis ut a nemini recipientur, neque ab Episcopis sacrentur sine licentia dominorum.* Hic demum adspicatur Capitulare VI. Ludovici Pii.

6. Can. XI. Ita statutum est, ut Episcopi, quando fecerint Ordines, vel Clericos audiente populo excommunicent, ut nullus eis offerat ad Clericatum filium Presbyteri, neque Diaconi, neque Subdiaconi, neque seruo, neque colliberto aliorum, nisi libertate donatos; & si ipsi se per semetipsos obtruerint, nullus scienter eos ibi celere. Et si cuiuspiam de talibus sacram Ordinem vel Clericatum ignoranter tribuerit Episcopus, mox ut cognitum fuerit, Archidiaconus deponat eos, quia irrita est illicita Ordinatio, sicut Sancti Patres dixerunt; & in talibus Ecclesiis DEI despiciunt pater.

Quod ait Canon iste, irritam esse illicitam Ordinationem; vox irrita non hinc sumitur pro nullitate Sacramenti, neque opponitur ejus validitati, alioquin enim dicendum esset, eum, qui scienter Ordinem suscepit in statu peccati mortalium, nullatenus esse ordinatum, nec posse unquam ministrare, suumque Ordinem exercere, etiam postquam penitentia iustificatus fuerit, sed necesse esse eumdem de novo ordinari; quod liquet esse falsissimum. Irritum itaque ibi significat, quod non potest sine mortali sacrilegio exerceri nisi post expiatam culpam cum censura & irregularitate. Et sic intelligenda est ista Canonis hujus expressio, *Irrita est illicita Ordinatio, quia ejus est prohibitus usus, & censura obnoxius.*

7. Hic jam solvenda est gravis difficultas, quæ aliquoties ex ipso facto mihi fuit propofita, utrum si ante Ordinationes Episcopos palam & alte protestatus si se nullatenus intendere illos ordinare, qui fallo nituntur patrimonio, vel falsis Dimisoriis, aut qui non sunt attatis competentis, aut alio quicquam ligati sunt canonico impedimento, utrum satius sibi consciente impedimento, si persistat nec abscedat, vere recipiat Ordinem? In mea Theoria & Praxi Canonici Juris lib. 3. cap. 15. n. 15. gravibus, quas ibi profero, rationibus adductis docui post Ludovicum Bail, talem Ordinis susceptionem quamvis illicitam, esse nihilominus validam, quemadmodum docet S. Augustinus de Baptismate sibi, hoc est illicite suscepto, quod non ideo dici possit invalide susceptum, aut iterabile, lib. 1. de Baptismo contra Donat. cap. 11. 12. & 13. similem habet Gonetus resolutionem circa validitatem Ordinis ab eodem Episcopo suscepti, qui alte declaraverat nullam habere se intentionem ordinandi quicunque se offerret, cum tali, quale expressit Episcopus, impedimento vel defectu, etiamne qui se obtulit, & manus impositionem facile accepit, talis sibi defensus consciente esset. Joann. Bapt. Gonetus de Sacramentis disp. 6. n. 33.

Can. XII. Nemo etiam pro baptismō, neque pro parententi danda, neque pro sejuncta accipiat, nisi quod fidiciles sponte dare vel offere voluerint.

Can. XIII. Ut Presbyteri oblationes, vel luminaria, quæ eis ad manus offeruntur, tamquam propria sua habent: & cereus Paschalis ad illuminanda altaria remaneat.

CONCILIO LEMOVICENSE

Anni 1031.

1. Pauci dies inter Bituricense & Lemovicense Concilia intercesserunt. Eodem quippe anno & mense Novembri celebrata leguntur: sedente ad Clavum universalis Ecclesie Joanne XVIII. Praepacita hujus Concilii causa fuit de afferendo Sancto Martiali Apostolatus per totam Galliam honore. Proficitur enim Patres Lemovicenses: *Ecclesiam Lemovicam a Martiali fundatam, primam esse omnium Gallie Ecclesiarum.* Et hoc addunt: *Scit omnis Aquitanica, Martiale esse primum illuminatorem Gallie, cui contradicere nullus potest.* Seſ. 1.

Et qui huic predicti Synodo Provinciali Suffraganeorum Episcoporum Provincie, Bituricensi Aimō Archiepiscopū in suo Synodalē edito sic enunciat: *Etsi Marialis reliquiarum gentium Apostolus non est: totius tamen Gallie ad Christum convertendi princeps & Apostolus est.*

2. Eadem seſ. 1. hæc pergunt commemorare: *Est carnaliter de genere Abrabe, est discipulus Domini, est a Petro baptizatus Christo jubente, est in Sion in die Pen-*

itatis idoneus est suffectus.

6. Concessa post hec potestas Monachis fuit a li-

xioribus monasteriis in alia observantiora commigrandi.

7. Definitum interea est, privilegia Ecclesie Sancti Martialis, quæ in Lemovicis est, nullatenus esse infringenda; proclamatumque est, illam Beati Martialis Sedem, Caput & Matrem esse omnium Gallie Ecclesiarum; quia prima ante omnes alias in Gallia exitit Deo consecrata. Actis bujusce Concilii, qualiter supersunt, (finis enim defidorum) corvident imponit literata fabulosa de Stephano Galliarum Rege narratio. Stephanum istum tota Gallia usque ad Pirenæos dominantem, Beatus Marialis ex idolorum cultu ad Christianam Religionem convertsum baptizaverat, eique pro Virginis Valeria interficie, ceterisque delictis penitentiam injunxit. Inter ea jubet a Neroni, copias Gallicanas Romanum adducere. Eo cum venisset Stephanus, Petrum Apostolum convenit, petiūque ab eo solvi peccatum, quod virginem interficiendo contraxerat. Quid factum inde fuerit ab Apostolo, Synodi Patres non referunt disertis verbis, solumque hac verba subjiciunt: *Illa profecto Principis aſſe-*